

PARTIS II TRACTATVS VI

maximū eius! Abraxas: qui quasi annū cōtinens iuxta gr̄acorū numerū supputet. Mortuus est autem Basilides: a quo Gnostici in Alexandria temporibus Hadriani qua tempestate & Chocebas dux iudaicæ factionis christianos varijs supplicijs enecauit.

Egesippus vicinus apostolorū temporū: & omnes a passione dñi vsq; ad suā ætatem ecclesiasticorū operū texens historias: multaq; ad vtilitatē legentū pertinentia hincinde cōgregans: quinque libros cōposuit: sermone simplici: vt quorū vitā sectabatur: dicendi quoq; exprimeret caractere: asserens se venisse sub Aniceto Romā: qui decimus post Petrū eps fuit: & peruersasse vsq; ad Eleutheriū eiusdem vr̄bis ep̄m: qui Aniceti quōdā diaconus fuerat. Præterea aduersum idola disputas: quo primū errore creuisset subtexit historiā. Ex quo ostēdit qua floruerat ætate: Ait enī Tumulos mortuis: templaq; fecerūt: sicut vsq; hodie videmus: e quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris: cui & Gymnicus agon exercebat: apud Antinonū ciuitatem: quam ex eius nomine vocatā condidit: & statuit pphetas in templo. Antinonum autem in delitijs habuisse Cæsar Habrianus scribit.

Vstinus philosophus: habitu quoq; philosophorū incedens: de Neapoli vr̄be palæstinae religione Christi plurimū laborauit. Intantū vt Antonino quoq; principi: & filijs eius & senatui librū cōtra gentes scriptū daret: ignominiaq; crucis nō erubesceret. Et aliū librū successoribus eiusdem Antonini. M. Antonino quoq; & L. Aurelio cōmodo dedit. Extat eius & aliud volumen cōtra gentes: vbi de dæmonū quoq; natura disputat: & quartū aduersus gentes cui titulū prænotauit id est castigatio. Sed & alium de monarchia dei: & alium librum quem prænotauit Pfalten: & alium de anima. Dialogus cōtra iudæū quē habuit aduersus Triphonē principē iudæorū. Sed & cōtra Martionē insignia volumina: quorū Heræneus quoq; in quinto aduersus hæreses libro meminit: & alium librū cōtra omnes hæreses: cuius facit mentionem in apologetico: quē dedit Antonino Pio. Hic cum in vr̄be Roma haberet id est ludos exercitatorios: & Crescēsē Cynicum qui multa aduersum christianos blasphemia bar redargueret gulosum: & mortis timidū: luxuriæq; & libidinū sectatorē: ad extremū studio eius & insidijs attractus accusatusq; q; christianus esset: p Christo sanguinē fudit.

Melito Asianus Sardenis ep̄s: librū imperatori. M. Antonino secūdo: qui Frontonis oratoris discipulus fuit: p christiano dogmate dedit. Scripsit quoq; & alia: de quibus ista sunt quæ subiecimus. De pascha libros duos: de vita pphetarū librū vnū: de ecclesia librū vnū: de sensibus librū vnū: de fide librū vnū: de lapsis librū vnū: de aia & corpore librū vnū: de baptisate librū vnū: de veritate librū vnū: de generatōe Christi librū vnū: de pphetia sua librū vnū: de philoxenia librū vnū: & alium librū qui clauis inscribit: de diabolo librū vnū: de apocalypsi loānis librum vnū: & eglogarū libros sex. Huius elegans & declamatoriū ingenium. Tertullianus in septem libros quos scripsit aduersus ecclesiā pro Montano dedit: dicens eum a plarisq; nostrorū pphetam putari.

Aheophilus sextus Antiochēsis ecclesiæ ep̄s: sub imperatore. M. Antonino secūdo: librū cōtra Martionē cōposuit: qui vsq; hodie extat: serunē eius & ad Autolicū tria volumina: & cōtra hæresim Hermogenis liber vnus: & alij breues elegantesq; tractatus ad edificationem ecclesiæ pertinentes legi sub noīe eius in euāgelio & in puerbia Salomonis cōmētarios: qui m̄ hi cum superiorū voluminū elegātia: & phrasi nō vident cōgruere.

Pollinaris Asie hierosolymitanus ep̄s sub imperatore. M. Antonino secūdo floruit: cui & insigne volumen p fide christianorū dedit. Extant eius & alij quinque aduersum gentes libri: & de veritate duo: & aduersum cataphrygas qui tunc primū cum Prisca & Maximilla infamebant vaticinantes incipiente Montano.

Dionysius corinthiorū ecclesiæ episcopus: tantæ eloquentiæ & industriæ fuit: vt nō solum suæ ciuitatis & puñciæ pp̄s: sed & aliarū vr̄biū & puñciarū episcopus epistolis eruditiret. E quibus & vna ad Lacedæmonias. Alia ad Athenienses: tertia ad Nicomedienses: quarta ad cretēses: quinta ad ecclesiā Amastrinā: & ad reliquas Ponti ecclesias: sexta ad Gnosticos: & ad Pynitum eiusdem vr̄bis episcopus: septima ad Romanos quam scripsit ad Sotirem episcopum eorum. Octaua ad Chrysochorā sanctā fœminā. Claruit sub imperatore Antonino secundo: & L. Aurelio cōmodo.

Aynicus cretēsis Gnosticæ vr̄bis episcopus scripsit ad Dionysiu Corinthiorū ep̄m valde elegantem epistolā: in qua docet nō semper lacte pp̄s nutriendos: ne quasi paruuli ab vltimo occupent die: sed & solido vesci debere cibo: vt in spiritalē pficiant senectutē. Et hic sub. M. Antonino secundo: & L. Aurelio cōmodo floruit.